

vendo tantum, quando sc. voluntatem movet ad ali-  
quid volendum sine hoc quod aliquam formam im-  
primat voluntati, sicut sine appositione alicujus habi-  
tus quandoq. facit ut homo velut hoc quod prius non  
volebat. Unde nota per virtutem intentionalem  
de qua in questione 3. de potentia articulo 7. non  
intelligi formam aliquam inherentem. Et dum  
articulo sequenti dicit quod nulla creatura potest  
non sem- directe immutare voluntatem quasi agendo intra  
per im- ipsam: & quod angeli non imprimunt intellectui  
primis quasi interior aliquid agentes, quorum tamen  
forma. utrumque Deo convenit: quid aliud significat  
quam quod Deus operetur in causis, ut eas attingat  
& non solum effectum? Sed & questione 24.  
rem eandem clarè significat iniquiens art. 1. ad 3. B

quod Deus operatur in unoquoque agente etiam se-  
cundum modum illius agentis, sicut causa prima ope-  
ratur in operatione cause 2. cum secunda causa non  
possit in actu procedere nisi per virtutem causa prima.

Unde per hoc quod Deus est causa operans ut cordi-  
operatur bus hominum, non excluditur quin ipsa humana men-  
tes sint causa suorum motuum: Unde non tollitur ratio  
bus ho- libertatis. Et in responsione ad 4. Causa, inquit, 1. di-  
minuitur esse principalis simpliciter loquendo propter hoc  
quod magis influit in effectum, sed causa 2. secun-  
dum quid principalis est in quantum effectus et magis  
conformatur. Si dicas eum non dicere quod influat  
in causam. Respondet non ubique omnia dici:  
hoc autem licet hic non dicat, sufficienter tamen

dixit multis locis, ac nominatim in responsione  
ad 3. docens Deum operari in omni causa seu  
agente: Ita in argumento sed contra 4. questione  
27. articulo 6. quod insolutum relinquit, ed  
quod sit efficax & conclusionem articuli bene  
probet, sic loquitur. Causa 2. per prius recipit in-  
fluentiam cause 1. quam effectus causa secundarie.

Obijcies, instrumentum non est liberum ad agen-  
dum, cum non agat nisi motum, ergo Deus non  
influit in causam movendo liberum arbitrium sicut  
movetur instrumentum, Respondet B. Thom.  
dicto art. 1. quest. 24. ad 5. quod alio modo dicitur  
instrumentum magis communiter quicquid est mo-  
vens ab alio motum, sive sit in ipso principium sui

Ab in- motus, sive non: Sic ab instrumento non oportet quod  
strum- omnino excludatur ratio libertatis, quia aliquid potest  
to non esse ab alio motum, quod tamen seipsum movet, & ita  
excludi- est de mente humana. Si dicas mentem humanam  
tur ratio vocari instrumentum ab alio motum, quia habet  
liberta- suum esse à Deo, quod præcisè ad rationem instru-  
mentum sufficeret; & quia pendet ab eius concursu  
simultaneo: non respondebis ad mentem D. Tho.  
ipse enim ideò vocat eam instrumentum, quia non  
agit nisi actualiter Deus eam moveat. Cum enim  
lib. 1. contra Gent. cap. 45. dixisset: Omnia moven-  
tia que sunt in mundo comparantur ad primum mo-  
vens quod est Deus, sicut instrumenta agens principa-  
le, & 1. 2. cap. 21. Oportet omnes causas inferiores

omnes causa agentes reduci in causas superiores sicut instrumenta-  
sunt in- les in primarias: subiungit: instrumentum autem  
strum- nunquam adhibetur ad causandum aliquid nisi per  
ta Dei. viam motus, est enim ratio instrumenti quod si mo-  
vens motum. Ex quibus patet eum causas secundas  
non ideò vocare instrumenta Dei quia suum esse  
acceperunt à Deo, sed quia non adhibentur ad  
opus, nisi per viam motus, sive quia non operantur  
nisi Deo actualiter eas movente & in ijs operante:  
Et cum longè aliud sit movere causam, in ea ope-  
rari, inclinare, immutare, applicare, & in eam  
imprimere ac influere quod D. Thom. Deo tri-

buit, quam actionem coëfficere, sequitur ulterius  
quod ipse vocet easdem causas secundas instru-  
menta, non quia Deus cum ijs earum actionem  
coëfficiat, sed quia illas verè & propriè movet ac  
inclinat: Unde quest. 28. de veritate art. 4. ad 2.  
explicans locum Joannis 6. Nemo venit ad me  
nisi Pater meus qui misit me traxerit eum: Tra-  
ctus ille, inquit, non importat violentiam sed ope-  
rationem divinam quæ operatur in liberum arbitrium  
vertendo id quocunque voluerit: Sic illud ad quod  
pertinet homo trahitur aliquo modo ad liberum arbi-  
trium. Si operatur in liberum arbitrium, ergo ope-  
ratur in causam, quia liberum arbitrium est causa,  
& sic non concurret in solum effectum.

## ARTICULUS XII.

Libro 1. contra Gent. cap. 45. Omnia mo-  
vens que sunt in mundo comparantur ad pri-  
mum movens quod est Deus, sicut instrumenta ad  
agens principale Cap. 69. Effectus causarum secun-  
darium in causas primas principalis reducuntur. &  
lib. 2. cap. 21. postquam dixit quòd oportet omnes  
causas inferiores agentes reduci in causas superiores  
sicut instrumentales in primarias: & quod instru-  
mentum nunquam adhibetur ad causandum nisi per  
viam motus, consequenter asserit influentiam cause  
primæ in secundam sicut agentis principalis in  
instrumentum his verbis: Instrumentum adhibe-  
tur propter convenientiam eius cum causato ut sit  
medium inter causam primam & causatum & atin-  
gat utrumque, & sic influentia primi perveniat ad  
causatum per instrumentum. Ecce ibi clarè dicit  
quòd influentia primæ cause sit in instrumentum,  
& per illud in effectum; non ergo concurret in  
solum effectum. Similem locum invenies q. unicà  
de unione verbi art. 5. ad 12. Rursum lib. 2. cap. 23. instru-  
agens inquit, particulare se habet ad agens univer-  
salem sicut eo posterius, & sicut eius instrumentum.  
Capite autem 26. docet tantum abesse ut Deus  
coarctetur ad aliquos determinatos effectus, quin  
potius ad omnia quibus enis ratio non repugnat,  
suam causalitatem extendi: per quod excluditur  
quorundam Philosophorum positio dicentium quod  
ex hoc quod Deus seipsum intelligit, sicut ab ipso de  
necessitate talis verus dispositio quasi non suo arbitrio  
limitet singula & universa disponat sicut fides catho-  
lica proficitur. Deus ergo non tantum eligit quæ  
facienda sunt, sed ita eligit ut singulas causas limita-  
et & determinet ad unum certum ac determina-  
tum effectum, easque ad illum disponat: Præterea  
Deus non solum determinat effectum qui facien-  
dus est, sed etiam ipsam causam, ut sapius ex D.  
Thoma retulimus, & omnem conditionem: Nam,  
ut loquitur B. Thom. cap. 35. Effectus ad intellectu  
& voluntate sequitur secundum determinationem  
intellectus & imperium voluntatis: sicut autem per  
intellectum determinatur rei factio, & quæcun-  
que alia conditio; ita & præscribitur ei tempus.

## ARTICULUS XIII.

Lib. 3. contra Gent. c. 17. ita loquitur. Sicut Supre-  
mum agens movet omnia secunda agentia: omnia  
autem omnes fines secundorum agentium oportet quod ordinentur ad  
supremum agens, agit propter finem suum: agit autem omnia  
supremum agens actiones omnium inferiorum agen-  
tium, movendo omnes ad suas actiones & per conse-  
quens ad suos fines. Unde patet quàm contra D.  
Thomam loquantur qui volunt magis accommodatè  
dici quod Deus coëperetur causis secundis  
quam quod moveat cætera moventia: cum  
hic